

# PHILOSOPHIA ELEMENTARIA

AD USUM

ACADEMICÆ AC PRÆSERTIM ECCLESIASTICÆ JUVENTUTIS

OPERA ET STUDIO

EMMI. AC RMI.

D. D. FR. ZEPHYRINI GONZALEZ

CARDIN.-ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS ORD. PRÆD.

VOLUMEN TERTIUM

ETHICAM ET HISTORIAM PHILOSOPHIÆ

COMPLECTENS



SEXTA EDITIO

APUD NOV. LIB. SANCTI JOSEPH  
MATRITI

VIA VULGO DICTA ARENAL, 20

ANN. MDCCLXXXIX

son, Smith, Dugald Stewart, in Gallia vero Royer-Collard, duplici præsertim vitio laborat. Primo etenim, philosophiam, qua talem seu rationalem scientiam, de medio tollit, dum non aliud fundamentum et criterium eidem assignat nisi cæcum quemdam instinctum. Deinde, philosophiam valde incompletam continet, quippe quæ psychologia quadam empirica, tota quanta est, fere clauditur; quandoquidem ipsius rationalis animæ intimam naturam et attributa vix investigare audet, ac de cosmologia, metaphysica et theologia naturali prorsus fere silet.

## § II

*Philosophi quidam ad scholam scoticam quodammodo seu parim accedentes.*

Cum Schola scotica affinitatem quamdam sibi vindicat philosophia

A) *Vico* (Joan. Baptista), qui Neapoli in Italia anno 1668 natus, et ibidem 1740 vita functus est, apud quem: 1.º certitudo scientiæ atque humani iudicii innititur hominum sensui; quo quidem nomine significatur iudicium sponte et absque reflexione efformatum, ita ut criterium veritatis sit sensus individualis, quatenus firmatur et perficitur per sensum communem <sup>1</sup>; 2.º ex qua doctrina, inter alia, colligit, nos perfectius ac majori certitudine infinitum quam finitum, animam quam corpus, Deum quam hominem, cognoscere <sup>2</sup>.

Ejusdem theoria socialis tribus sequentibus affirmationibus, tamquam principiis fundamentalibus nititur et contine-

<sup>1</sup> «El juicio humano, incierto por su naturaleza, obtiene su garantía por medio del sentido común de los hombres... El sentido común es un juicio irreflexivo, el cual más bien es sentido que formado». *Vico, Scienza Nuov.*, lib. 1.º, § 12 et seqq.

<sup>2</sup> «La metafísica nos enseña que lo infinito es mucho más cierto para nosotros que lo finito; el alma más que el cuerpo, y Dios más que el hombre».

tur: 1.<sup>a</sup> homines, non solum post creationem, sed etiam post diluivum, penitus barbari, muti et bestiarum more vixerunt; 2.<sup>a</sup> in ordine intellectuali, morali et sociali, evolvi et perfici inceperunt adveniēdo et adherēdo *religioni matrimonio* et *sepulturæ* mortuorum, quæ constituunt tres consuetudines seu institutiones humanas universales; æternas, atque idcirco communes omnibus nationibus<sup>1</sup>; 3.<sup>a</sup> tandem summa perfectio et scopus nationis cujuslibet vel societatis tunc exurgit et habetur, dum in æquilibrio consistunt vel congrua et æqua ratione junguntur tria hæc elementa: *monarchicum*, *aristocraticum* et *democraticum*<sup>2</sup>; quæ quidem elementa Vico appellat elementum divinum, elementum herolicum et elementum humanum.

B) *Jacobi* (Frid. Henricus), in Germania anno 1743 natus ac 1819 mortuus. Namque, ejus sententia: 1.<sup>o</sup> homo ad veritatem possessionem per certitudinem pertingit per *fidem* seu persuasionem instinctivam et naturalem, cujus ope mundum visibilem seu corporum cognoscit per sensus; mundum vero invisibilem vel spirituales per rationem, quatenus, nempe, homini in propria conscientia datur intuitio rationalis, primitiva et immediata objectorum spiritualium, sicut et ope

<sup>1</sup> «Examinant ensuite le monde social... Vico decouvre trois coutumes éternelles et universelles: la religion, la mariage, la sepulture...»

Selon Vico, parmi les hommes, devenus bêtes après le déluge, la pensée sociale naquit dans la tête des plus forts et des plus violents, c'est-à-dire, des géants, parce que le bruit du tonnerre leur révéla un être plus fort qu'eux. De là l'idée de Dieu ou la religion. Vinrent ensuite les mariages, et enfin les sepultures». *Encyclop. du XIV siècle*, t. xxv, pag. 253.

<sup>2</sup> «Selon la théorie dont nous poursuivons l'examen critique, l'humanité tourne dans un cercle... l'humanité entrera en possession de son type absolu si elle réussit à balancer et à pondérer l'un par l'autre ses trois éléments constitutifs: l'élément monarchique, l'élément aristocratique et l'élément démocratique, ce qui, dans le langage employé par Vico, s'appelle l'élément divin, l'élément héroïque et l'élément humain». *Ibid.*, pag. 254.

